



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia
Sacra Et Hvmana Libri XVI**

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

22. de Definitione per Negationem.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70090](#)

Definitio per similia Si vero nescius est, quo pacto sinceram imaginem subiicit oculis, eius ipsius quod minime dignoscere potuit? Sed has argutias rationes non est invenire.

& virus doctissimorum hominum refellit, qui plurimum non modò ad delectandum sed etiā ad persuadendum in definitionibus, persimilis, fatentur esse lubsidij. Rei enim cognitionem confusam, veluti quibusdam radib⁹ vestiunt, & stauis in animos mentemque intimā perlabantur. Quod si ea esset humani ingenii felicitas, ut vel latentes quaque rerum naturas cognosceret: tamen non inutilis esset definitio, quandoquidem & expressis vultuum, quos viuos intueri licet, effigies in picturis, (tanta est similitudinis illecebra) diligimus, & miramur.

Vide Cicer. Erit igitur huius definitionis virus, ubi non quid res sit, exiliter & enucleatè queratur, sed ubi iam nota exquisitis similitudinum ornamentiis est decoranda. Parum est si dicas, mens irati, mens est inquieta, & tumultuosa. Hoc ornatius, si cum D. Chrysostomo eloquatis:

Vide Chrys. Mens irati, forum est plenum tumultu, ubi multus est cunctum & redeuatum clamor, camelerunt ac sinorum frenmitus, argenteriorū & exterioriorū verisque cudentiū strepitus. Contraria mens tranquilla, & mitis, vertex est quispiā montis, qui clementiorem coeli aurum nactus est, puros solis radios, limpidas fontium scaturientes, multasque florū amoenitates; & ista quantam habent dignitatem?

D. Chrys. Στραυψ ἔχει τὸν ἐπίπονον, στραυψ τοφλῶν vulnerabile διηγέσθαι, στραυψ ἀποθητικόν τελπόν, στραυψ τονιστικόν πλανημένον δόξαν, στραυψ ἀδικευμάτων ἔχει τὸν φύγειαν. στραυψ πλευράν χαλκός, στραυψ ὑπερηφάνων ἀντίταγμα, στραυψ διάλευντων ἐλευθερία, στραυψ βαρβάρων φίλανθρωπία, στραυψ βασιλέων μεγαλοπρέπεια, στραυψ ανέμων νόμος, στραυψ οἰκουμένης ἀσφέλεια, στραυψ ὅπλον ἄχος τα πολεμώντων, στραυψ ἀπόλειτος, στραυψ βασιλῶν ἀνάτολη, στραυψ κνιστής ἀφαντισμός, στραυψ Ελλήνων γνῶσις, στραυψ θεοῦ σεπτηρία, στραυψ πολεμημένον βούθεα, στραυψ χειμαζομένων εἶδος. Θεοὶ λιμῆν, στραυψ πλεύνων κυβερνήσις, στραυψ διφανῶν πατήρ, στραυψ ἀγρέλων ὑμνολογία, στραυψ διαβόλος πλεύσις, στραυψ δαιμόνων δέσμοις, quae omnia intellectu facilitia sunt.

Vides quae in hac definitione diuinitas, quo-

coglobatae similitudines? Differunt autem à similitudine, quod in similitudine res dicatur per imaginem, & comparationem: hic sine cōparatione affimetur. Consuetum est autem SS. Patribus ita definire in *August.* vt, ambitio est furile malum, secretum virus, doli artifex, *Bern. de confid. l. 3.* mater hypocrisis, lioris parens, vitorum origo, tinea sanctitatis.

De Definitione per Negationem.

CAPUT XXII.

Vltimum genus definitionis sit per negationem, ubi orator exprimendo quid res non sit, auditotibus colligendum relinquunt quid sit. Ut quid sit libertas quæris? nulli rei seruire, nulli necessitatibus, nullis casibus. Seneca ad Lucilium. Est illud vistatisimum in diuinis definitionibus: & disertissime expressis Maximus Tyrius, pulchrum Deum dicam, & pulchritudinum omnium pulcherrimum. Haud quidem *Maximus* pulchrum corpus, sed unde pulchritudo in *Tirius in corpora emanat*, neque etiam pulchrum præorat. de Deo. rum, sed unde, & præta, & ames, & mare, cœlum ipsum, cœlestesque Dij pulchritudinem decerpunt. Inde enim pulchritudo omnis, tanquam ex perenni, purissimoque fonte, ad nos usque perlabitur, tantumque, aut fortitudinis, aut firmitatis, aut salutis rebus in singulis, quanum ab eo fonte resparguntur. Ex quo si nihilum hauriant, continuo turpes, dissolutæ, corruptæque tabescunt. Hoc tibi si satis est, Deum in ipxisti. Si minus, qua non alia poterunt eiusdem naturæ interpretationem profere? Fac in eo, nec magnitudinem, nec colorem, nec figuram aliquam cogites, non aliud præterea quicquam, quod materia pati concurat. Ex quo fit etiam, ut ea diuinæ naturæ præstantia suarum tenebrarum latibulo inclusa, ratione nostri *υπερ* (Non) aut (*nihil*) appelletur, ut nonnulli philosophantur in *Deus* *υπερ* hunc Exodi locum. Estne Dominus in nobis?

X Neque vero tantum his negationibus, sed casto plerumque silentio vntunt oratores, tanta Dei maiestate perculsi: & præclare vobis nos psalm 65 legimus. Te decet hymnus Deus in Sion. Verba Davidis Hebraica sonant. *Tibi silentium laus Deus in Sion* *לְרַבִּיה תְּהִלָּה אֱלֹהִים בָּצֵוי* quod filen-

Silencium efficacissimum est. unde Moyses (ut notat Zoar. in 14. Exod.) licet corde ostare, dicitur clamare, quia silentio tam grandi nihil vehementius.

De modo amplificanda definitionis.

Ac primum de amplificatione per synonymiam.

CAPUT XXIII.

EX his variis amplificandæ definitionis locis est colligere: Addo & illam, quæ per figuræ fieri solet amplificationem, cuius prælaus modus est. **Synonymia**, quæ in definitiōibus per similitudinem vñstatisima est, & cum Antonomasia, seu pronunciacione per commodo temperatur. Tale est illud Ciceronis pro Milone, ubi curiam describit templum sanctitatis, amplitudinis, mentis, consilij publici, caput urbis, aram fociorum, portum omnium gentium, sedem ab inuerto populo Romano concessam vni ordini. Habet hac definitio ornatum, & pompa, estque ad amplificationes nata, & à SS. PP. perspè vspata.

SS. patres Ita plerunque definit D. Chrysost. ut in illic quæ iam protuli, & in istis in quibus crux ab eo describitur. Totius beatitudinis caussa, discordiaz amputatio, Pacis firmamentum, Bonorum omnium copiosa largitio, Salutis indicium, Soli iustitiz, Spes Christianorum, Resurrecio mortuorum, Cæcorum dux, Dæsperatorum via, Claudorum baculus, Consolatio pauperum, Frænum diuitium, Euerbio superbitorum. Triumphus aduersus dæmonas, Adolescentum Pædagogus, Nauigantium gubernatrix, Periclitantum portus. Obscurum murus, Parentis orphanorum, Tatrix viduarum, Libertas seruorum, Régum magnificientia, Philosophia Imperatorum, Ecclesiæ fundamentum. Orbis terra tutela, Cornu Ecclesiæ, Christianorum gladius, Sanctimonie documentum, Summa honorum omnium.

3. Ephrem Hæc ex diversis homilijs in Crucem. Non dissimilia habet sanctus Ephrem, ταῦρος, τικος Crucem. ποιον ὄντος τὸ βασιλεῶς χριστὸς, Χριστὸς γείτονες.

υσκῆν ἀνάστοι, χωλῶν βαστηρά, βασιλεῖς μεγελωπέται, μοναχόντων θάρος, γυμνήτων στέπαι.

Eodem laudationis genere, frequenter in B. Virginem vsi sunt SS. Patres, vt D. Laurentius Iustinianus Protopatriarcha Venetus, tunc apud Maria est porta cœli, paradisi ianua, stella maris, solium mundi, peccanti refugium, naufraganti portus, auxilium periclitanti, erranti via, desperanti salus, mundi interuenitrix, in Deinde tempræ peccati, diaboli terror, & spirituilibus nequitis pauor, ipsa est tabernaculum per synony. testamenti, arca fœderis, templi propitiatoriū, mihi. thronus Dei, virga florida, nubecula leuis, horus conclusus, signatus fons, porta clausa, columba immaculata, rosa redolens, lilium cardens, flos nitens, virgula fumans, oliva virens, vitis fructifera, cypressus se attollens, palma frondens, terebinthus se expandens, campus germinans, terra pullulans. Est etiam ipsa gloriosa aurora surgens, lucifer rutilans, luna pulchrior, sole splendidior, auro prius, gemmis pretiosior, balsamo suavior, margaritis carior, nectare dulcior, omni harmonia delectabilior. Etiam neruofius aliquanto quam plerique Latinorum, Methodius, à quo Delpar auncipatur, Η̄ περιγραφὴ διπτύχου, Η̄ Μεθοδίου πρᾶγμα τὸ Επιστρέψας, Η̄ μητρὶ τὸ πάτερα, Η̄ εἰρήνῃ τὸ Σέρνον, Η̄ περοχὴ τὸ Πραταρικόν, Η̄ περίχορον, Η̄ φένυκα τὸ φένοντα φύματι τὰ λατ. B. Magister, Η̄ πολὺ τῆς σοφαρῆς αἰσθολῆς τὸ διάτιτα, Η̄ Λαζαρί τὸ καθαρικόν, Η̄ Βαραχὺς κόλπον τὸ πάντων κόλπον, οὐ πόκο τῆς άντεταληπτῆς δρόσου, οὐ τῆς έπιτιμίας ήτοι τὸ ζεοδόχον, λάκκον τῆς βαθεῖας ἀρ' οὐ πηκταδαναστας τέττλοντε, τοῦ ιδετηριανοῦ έπιδεινοῦ γενεθλίου ανθρώποις ανθρωπόμοι φοῖον, τὸ δαστιλούντος θεοῦ τοῦ θεοῦ τοῦ πάρκα ηπτεροῦ οὐκέτι οὐδὲ μη τινα βαθύτερον τοῦ θεοῦ οὐδὲ μητίον, ηδαίσταρα τῷ θεῷ τῷ θεούδειτο πάρκα ηπτεροῦ οὐκέτι οὐδέ μη τοῦ θεοῦ οὐδὲ μητίον, παναγιόταρον καὶ Αξιάρασον τῷ θεῷ οὐδὲ μητίον.

Maria est incircumscripsi circumscriptio speciosissimi floris radix, Creatoris mater, nutritrix omnia nutiens, omnia continet complexio, gestatrix eius, qui verbo portat inuicta. Hæc est per quam carnem ingressus est Deus, Purificantis carbonis forceps.